

1000, 07

DESCRIP TIO
TRIDENTINÆ
m.
CIVITATIS.

Tridenti civitas in finibus Venetæ Provinciæ, inter montes, in planicie posita est; muris vallata lapideis, quam ex Septentrione abluit Athesius fluvius, ambitus milliariis Itali. In ea vias latas, & lapidibus structas, domos verò ita honorificas cernes, ut novam, non veterem Civitatem præseferat; Templâ satis pulchra conspicias, sed in omnibus iis parum structuræ. Arcem habet conspicuam, ut domum auream dicas potius, & quam possint & Imperatores, & Reges percommode inhabitare, a Bernardo Clesio Trid. Præsidi auctam, & illustratam non multos antebac annos. Influit placidè in urbem per muros ab Orient-